



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.44. S. Willehadii obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæcul. VIII.
A. C. 788.

pii a Juliano Apostata usque ad Justinianum prosecutus est. Duce Arigiso hoc anno 787. fatis functo, ad Montem Casinum se recipiens, Institutum Monasticum sub Abbatे Theodemaro amplexus est. Eodem Abbatе postulante commen-
Anfrag. to. 2. Duchesn. tarium in Regulam S. Benedicti eluci-
p. 23. bravit. Ubi vero ad Regis Caroli notitiam devenit, quod Monasterium esset ingressus, felicem sortem ei gratulari non est deditus data epistola versibus latinis concinnata, cui Paulus in eodem scriptionis genere respondit. Ante exilium suum scripsit historiam Episcoporum Metensium ab Episcopo Engerrano stimulatus. Celeberrimum autem Opus eius est Historia Longobardorum ab origine hujus Gentis usque ad Pauli *Hist. Long.* ætatem scilicet usque ad Luitprandi *lib. VI. c. 16.* gis mortem deducta.

§. XLIV.

S. Willehadii obitus.

Cum Rex Carolus Wormatiæ versaretur, Saxonia tunc pacata, ad novos Episcopos inducendos animum adjecit, *vit. S. Wil-* *leh. c. 8. to. 4.* fundavitque Ecclesiam Osnabrugensem *Att. SS.* in Westphalia, ubi primus Episcopus fuit *Ben. 409.* Viho, S. Bonifacii Discipulus, anno 788 *Sup. §. 17.* ordinatus. In ulteriore regionem missus est S. Willehadius, jam pridem Episcopi nomine decoratus, quod in amplissi- *ma*

ma Regione prædicaret. Ordinatus est Sæcul. VIII.
 decimo tertio Julii eodem anno 787. A.C. 788.
 dataque est ei Diœcesis, plures regiones
 nempe Frisiam Orientalem & partem Sa-
 xoniæ complectens. Sedem vero fixit
 Bremæ, Provinciæ Vigmodiensis ultra
 Visurgim Metropoli. Anno sequente *Adam hist.*
 788. Regni sui vigesimo primo Caro. l. i. c. 10.
 Ius Rex huic Ecclesiæ privilegia conces-
 fit datis litteris, in quibus dicit, quod
 conversionis Saxonum causa illos libe- *Mabill. to. 4.*
 ret tributo annuo, sibi penderdo, ea *att. p. 402.*
 conditione, ut JESU Christo & Sacerdo-
 tibus ejus, omnium fructuum suorum &
 pecorum decimas præbeant. Et subjun-
 git: *Itaque totam eorum regionem pro*
antiquo Romanorum more in provinciam
redegimus, inter Episcopos divisimus, at Episcopatus
que in Gratiarum actionem JESU Christo Osnabru-
& Sancto Petro deditimus partem septen-
trionalem, piscibus abundantem, & ad
pascendum pecus pingue. Ecclesiam
quoque, & Cathedram Episcopalem, in
loco, quem Bremon appellant, fundavimus.
Eidem Diœcesi subjecimus decem regiones,
quarum nomina & divisiones antiquas mu-
tavimus, & ad duas provincias, Vigmo-
densem & Lorgoensem reduximus. Ad
construendam banc Ecclesiam septuaginta
domos cum colonis suis, præter totius pro-
vinciæ decimas donavimus. Præterea ex
mandato Hadriani Papæ, & ex consilio

Kk 3

Lulli

Sæcul. VIII.

A. C 789.

*Lulli Episcopi Moguntini, aliorumque
Episcoporum, tunc præsentium Ecclesiam
Bremensem Willebadio Viro Sanctæ vita
commisimus, & Episcopum consecrari cu-
ravimus, ut novella Ecclesia secundum or-
dinem Canonicum & Monasticum erigeret-
tur. Ille vero venerabilis vir ad nos de-
tulit, quod ob Barbarorum incursus, aliat-
que in his terris frequentes plagas, bac-
Diœcesis ad alendos Dei Servos, ibidem
operantes, non sufficiat. Hinc cum Dei
providentia factum sit, ut Fides in Frisia
provincia vicina, æque ac in Saxonia fu-
rit prædicata, Ecclesiae Bremensi donamus
Frise partem Saxoniæ proximam, & ne
quis futuris temporibus huic Diœcesi ali-
quod terræ spatum detrahere possit, ter-
minos notari jussimus. Postea hæc Frise*

to. i. Capit.

p. 240.

oppida nominatim enumerantur. Exstat
etiam Decretum anni sequentis septen-
gentesimi octogesimi noni, quo Rex Ca-
rolus Trutmanum Comitem Saxonie
creat, mandatque, ut Sacerdotes totius
Regionis tueatur.

vit. c. 9.

S. Willehadius post suam Ordinatio-
nem non plus duobus annis superstes in
omni virtutum genere magis profecit.
Is a pueritia rigidæ abstinentiæ assuetus
vinum non bibebat, nec ullum potum,
qui ebrietatis causa esse posset. Nec
etiam carnibus, nec lacte, nec piscibus
vescebatur, pane, melle, oleribus & fru-
titibus

Etibus arborum contentus. Verum sub Sæcul. VIII.
 vitæ finem ex Hadriani Papæ præcepto,
 quia multis infirmitatibus premebatur,
 adduci se passus est, ut pisces comedederet.
 Singulis ferme diebus inter largas lacry-
 mas Missam celebrabat, & cantabat Psal-
 terium, quod quibusdam diebus bis terve
 repetebat, præterea lectioni & medita-
 tionis verbi Divini continuo intentus.
 Bremæ magnificam Ecclesiam in Sedem
 Cathedralem sibi ædificavit, quam ubi
 die Dominico, primo Novembris anno
 789. dedicasset, inde octiduo elapso ani-
 mam Deo reddidit. Ibidem quoque se-
 pultus multis postea miraculis claruit.
 Ecclesia ipsius memoriam, illo die, quo *Martyr. R.*
 obiit, octavo Nov. colit. 8. Nov.

c. 10.

§. XLV.

Capitulare in Saxonia.

Non sine fundamento ad illud tempus
 refertur Capitulare Regis Caroli ad *Cap. to. I.*
 Saxoniam præcipue pertinens, & com. *p. 251.*
 plectens Articulos triginta quatuor, quo-
 rum plerique ad confirmandam hanc Ec-
 clesiam nascentem conditi sunt. Qui
 mihi memoratu digni videbantur, sunt
 sequentes: Veri Dei Ecclesiis saltem non
 minor exhibeat honor ac olim Idolo-
 rum templis. Omnes ad eas confugien-
 tes Asylum inveniant. In pace ibi sint,
 donec ultro ad Concilium venerint judi-

c. 1.

c. 2.

Kk 4

candi